



Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1682

5. Dies Novemb. Pœnitentia appellata quasi punientia, eo quod ipse homo in se pœnitendo punit, quod malè amisit: Hugo I.3. de misteriis Ecclesiæ.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](#)

Novemb.
e effec
é paren
um rec
erur utr
fectum

, ne prob
igit filiu
est hom
esus in
i homini
a pedic
is : unic
ndis , an
nobis pr
virtutem
on tunc
m necess
undat per
s calicen
no fuit
Hoc cal
titionibus
ar intelle
rit e ferre
ribit ini
minibus
e exopt
dulcarete
cur has
medi-

Ubi præ- I.
tessit cul-
pa; sequa-
tur pœna:

Novemb. *Tessera.* 881
medicina ad salutem non utamur ? sit licet hæ medici-
tina amara carnii , est charamenti , carni non indul-
geas, ut cœlestia sapias:

Incrassata caro, gustat cœlestia raro.

5. DIES NOVEMB.

Pœnitentia appellata quasi punientia , eo quod ipse
homo in se pœnitendo punit, quod male amisit:

Hugo l. 3. de mysteriis Ecclesie.

Altera arcanæ illius scientiæ, de
qua heri, lectio , est sui ipsius
Deo oblatio. Primas in omni-
bus tribue qui est omnium
primitus, utpote principium. Illi offeres primas vitæ,
qui vitæ tuæ est dominus, cui enim potiori jure vives,
quam ei à quo habes quod vivis ? nec enim usquam
vives veritus, nimirum felicius. Deo ut vivas, tibi,
mundo, peccato motere. Eidem ut placeas, ejus justi-
tiam misericordiâ placa. Sicut nullum est in momen-
tum quo illum in te non expetiris beneficium , sic nec
momento illum sustine offenditum ; quia æterni est in-
tensus discriimen, gravius aliquid, vel momento, fo-
visse crimen. Quid si differatur ultra terminos mis-
ericordiæ, & praetidatur spes veniae ? satis ut metias ne
pereas, est posse perire. Multis id saepius evenit, tu ca-
ve & time, ne tibi eveniat. Offensa omnis in semita
celi , error est tantò periculosior, quantò proli-
xiot. Cogita vias tuas, & si ducant per devia, conver-
te pedes tuos : quo pergis diutius, recedis longius, re-
dibis difficultius : nolle in calle errorem corrigeri , est
velle ruinam incurrire : nolle redire, est velle petire:
tudeas ergo in mente, ut redeas in rectum calle,

Pars III.

Kkk

anteg-

antequam errando obducas callum, si verò enim
via quæ dicit ad vitam, recedis ab eo qui est via
vita: at quò accedis? Heu! ubi omne bonum de
quo malum omnè confluit; ubi Deus hostis ei
bolus amicus, peccatum voluptas est, infernus fa
la est, damnatio verò terminus est,

II. Quodvis peccatum peccanti est venenum
curris exitium nisi evomas hoc toxicum, & audes in
gaudes retinere, quo usque tandem occidat; acci
occidit hactenus, quia non occidi. Sed non sim
ansa peccandi audacter, quia pepercit clementer
li abuti indulgentiâ præteritâ, propè est vindicta
tura, qui dum parcit, tandem punit: & vel ideo quod
distulit punire, gravius plecit dignum olim puniri.
Fecit propitius ne perires, permittet lacesitus impo
reas. Ah! quot tui similes, imò dissimiles, quia me
res quo tu laboras morbo, perierte: Et potestne pi
cere homini, quod displicet Deo, aut illum oblecta
re, quod hunc offendit? Et illud quidem, quod eum
si mori posset, mori cogeret? quod Dei hominem
mori coëgit, & mori ignominiosissimè, atque ac
bissimè? quod vulneribus ejus debuit persanari? sa
guine ejus elui, meritis ejus compensari, quod eiden
Deo omni cruciatu intolerabilius, omni jacturâ
gravius? quod solum cogitatum sauguine coëgitare?
Et hæc est scientiæ sanctorum secunda lectio,
mali quod vetant rectè vivere, expiatio, & omnia
Dei reconciliatio. Pungunt ista ad pœnitentiam pe
catorem, ad cautelam iustum stimulant, optatos
oculis tuis subjici tabulam perfectæ pœnitentiæ, et
tibi expressit Climacus.

III. Vide (ait ipse, (a) quosdā ex innocentibus illis reis rotas noctes ad usque mane sub dio immotis pedibus stan-
tes & miserabiliter cum somno, & natura luctantes, vi-
que hujus pene fractos; dum nullam sibi penitus quietem
indulgerent. Alios cælum innuentes, & illic opem cum
lamentabili voce, gemituque implorantes. Alios item qui
in precibus perseverabant, manus post terga, scelerato-
rum riture revincti, vultus alto mærore confusos, humi
desigebant: sedebant atii humi in pavimento, supraci-
nerem, & saccum genibusque vultum tegebant, fronti-
bus humum ferientes: alii assidue pectus tundebant, nec
alud audire erat quam hujusmodi voces: va, va, miseris
nobis, iterumque va miseris nobis. Merito, parce, parce,
Domine. Alii in gravi solis astu se cruciabant, alii frigo-
re set torquebant. Erat videre in illis genna, qua ex assi-
dua genicularionum consuetudine callus obduxerant, o-
culos exesos, & debiles atrosque in sinus capitis receden-
tes, genas habebant saucias, & ardore frumentum lachri-
marum adustas, vultusque pallentes & emaciatas facies,
nihil à mortuis si conferres differentes, pectora plagarum
sibus liventia, & è crebris pugnorum verberibus cru-
enta. Sanguinis ex pectora rejecta spuria, ubi ille lectus
quieti positus? ubi mundities, & adversus frigora vestis
mumentum? rupta & lacera omnia, inquinata, sordi-
busque vermium scalentia. Quid nos simile post pec-
cata fors non similia, quia his graviora? saltem in tuis
misericordiis invoca Dei misericordiam, & cum Davide
pœnitente profer illud vel solum miserere.

Per misericordiam tuam tollitur ira Dei.

K k k 2

6. DIES

(a) In scala paradisi grad. 5.